



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilium Kyrtingtoniae Post Pascha Habitum Anno Christi DCCCCLXXVII.  
praesentibus Edvardo rege, qui martyrio postea coronatur, & Dunstano  
archiepiscopo Cantuariensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

\* *alias.*  
KYRTLL-  
NEGE.  
\* *al.* KYR-  
DING.  
\* *al.* KER-  
LING.

CONCILIVM \* KYRTLINGTONIÆ

ANNO  
CHRISTI  
977.

POST PASCHA HABITVM ANNO CHRISTI  
DCCCCLXXVII. præsentibus Edvardo rege, qui mar-  
tyrio postea coronatur, & Dunstano archiepiscopo  
Cantuariensi.

*Ex nota quadam Saxonica.*

**P**OST pascha magnum habebatur Concilium Kyrtling-  
toniæ, vbi Sidemannus episcopus mortem celerem  
obiit 11. Kalendas Maii. Erat is Deuoniæ episcopus, vo-  
luitque corpus suum in episcopali sua sede Cridiantunæ  
sepeliendum.

Peregrina-  
tio ad fan-  
ctam Ma-  
riam Abbā-  
dunensem  
instituta.

Ordinarunt iam nunc rex Edvvardus & Dunstanus ar-  
chiepiscopus, vt homines rusticani religionis causa ad ec-  
clesiam sanctæ Mariæ Abbandunensem peregrinarentur,  
quod & fecerunt.

Sepelitur autem honorifice (puta Sidemannus episco-  
pus) ex parte Boreali porticus sancti Pauli Cridiantunæ.

CONCILIVM CALNÆ VILLÆ

REGIÆ VVILCERIE SVB SANCTO DVNSTANO  
archiepiscopo Cantuariæ habitum, anno 1V. sancti  
Edvvardi martyris: cui præter episcopos alios & cete-  
rum clerum, omnes aderant Anglorum optimates,  
rege tamen propter teneram ætatem absente:

*In quo dum acrius contenditur de eiiciendis monachis, reducendis-  
que presbyteris sæcularibus, cum vxoribus suis & liberis,  
Conciliabuli decedit solarium.*

Gest. reg.  
lib. 1. c. 9.

**D**E hoc Malmesburius ita: Sed adhuc non sedatis animis,  
Calnæ Concilium indictum: vbi cum in cœnaculo,  
absente propter ætatem rege, confidentibus totius An-  
glia senatoribus, magno confictu & controuersia res age-  
retur, & validissimum illum murum ecclesiæ, Dunsta-  
num dico, multorum conuiciorum iacula impeterent, nec  
quaterent, suas partes cuiuscumque ordinis viris summo